

LECCION V.

Oficio del predicador.

Dixit ergo quidam eloquens, et verum dixit, ita dicere debere eloquentem, ut doceat, ut delectet, ut flectat. Docere necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriæ. Horum trium quod primo loco positum est, hoc est, docendi necessitas, in rebus est constituta, quas dicimus; reliqua duo in modo quo dicimus. (S. August.: *De Doct. christ.*, lib. iv, cap. xii, tom. iii, fol. 101.)

Necesidad de la virtud y de la ciencia.

Æris metallum valde sonorum est. Et recte voces prædicantium æri comparantur, quia *in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum*. Bene autem æs candens dicitur; quia vita prædicantium sonat et ardet. Ardet enim desiderio, sonat verbo. Æs ergo candens, est prædicatio accensa. Sed de candente ære scintillæ prodeunt; quia de eorum exhortationibus verba flamantia ad aures audientium procedunt. Recte autem prædicatorum verba scintillæ appellata sunt, quia eos, quos in corde tetigerint, incendunt. (S. Greg. M., in *Ezech.*, lib. i, hom. iii, n. 5, tom. i, fol. 1194.)

Non auferatur ex ore tuo verbum; ne forte factis verba non congruant, et deforment iniquitatis opera magisterium disciplinæ. Tollitur ex ore verbum, cum dicitur peccatori: *Quare tu enarras iustitias meas?* et ipsa obmutescit facundia, si ægra sit conscientia. (S. Ambr., in *Psalm. cxviii* expositio, serm. sext., tom. ii, fol. 922.)

Nam qui vel solos mores, vel solam doctrinam consecuti sunt, ab altera autem deseruntur, ii mihi nihil à luscis differre videntur, quibus cum magnum detrimentum sit, tum vero maior turpitudinis, sive alios cernant, sive ab aliis cernantur. At quibus utraque laude excellere, ac velut ambidextris esse contigit, hi nimirum omnibus numeris absoluti sunt, ac cum alterius vitæ beatitudine vitam agunt. (S. G. Nazianc., *Orat. XX*, tom. i, fol. 292.)

Beatus Apostolus Paulus formam constituendi Episcopi fingens, et plane novum Ecclesiæ hominem præceptis condens, hanc veluti summam consummatarum in eo virtutum esse docuit dicens: «Obtinentem secun-

dum doctrinam fidei verbum ut potens sit exhortari ad doctrinam sanam, et contradicentes revincere. Sunt enim multi et non subditi, vaniloqui et seductores.» Ita enim quæ propria disciplinæ ac morum sunt, ad sacerdotii meritum utilia esse significat, si etiam hæc, quæ ad duendam ac tuendam fidei scientiam necessaria sunt, inter reliqua non deerunt: quia non statim boni atque utilis sacerdotis est, aut tantummodo innocenter agere, aut tantummodo scienter prædicare; cum et innocens sibi tantum proficiat, nisi doctus sit; et doctus sine doctrinæ sit auctoritate, nisi innocens sit. Non enim apostolicus sermo probitatis honestatisque præceptis hominem tantum sæculo conformat ad vitam, neque rursus per doctrinæ scientiam scribam Synagogæ instituit ad legem: sed perfectum Ecclesiæ principem perfectis maximarum virtutum bonis instituit, ut et vita ejus ornetur docendo et doctrina, vivendo. (S. Hilar.: *De Trinit.*, lib. viii, n. 1, fol. 945.)

Lege Pauli Epistolam ad Corinthios: quomodo diversa membra unum corpus efficiunt. Nec rusticus tamen et simplex frater ideo se sanctum putet, si nihil noverit: nec peritus et eloquens, lingua æstimet sanctitatem. Multoque melius est è duobus imperfectis, rusticitatem habere sanctam, quam eloquentiam peccatricem. (Sancti Hieronymi, *Epist. XXXIV*, tom. iv, part. sec., fol. 263.)

Qui enim in erudiendis, atque instituendis ad virtutem populis præerit, necesse est, ut in omnibus sanctus sit, et in nullo reprehensibilis habeatur... Cui etiam scientia Scripturarum necessaria est, quia si Episcopi tantum sancta sit vita, sibi soli potest prodesse, sic vivens. (S. Isid. Hisp.: *De Ecclesiast. offic.*, lib. ii, cap. v, tom. ii, fol. 458.)

Si nos empeñáramos en aducir pasajes en que los Santos Padres recomiendan al predicador la necesidad que tiene de la virtud y de la ciencia para desempeñar bien su ministerio, haríamos un libro. Ya que esto no es del caso, citaremos algunos lugares cuya lectura recomendamos á los jóvenes, por el provecho que para sí mismos reportarán de ella, y tambien porque les será de muy grande utilidad si alguna vez tienen que predicar ordenandos ó eclesiásticos.

Lactancio, *Instit.*, lib. iv, cap. xxiii, tom. i, fol. 334.
—S. Hilar. *Tract. in CXVIII Psalm. litter. VI*, n. 5, folius 280.—S. Greg. Naz., *Orat. I*, tom. i, fol. 18.—*Orat. XX*,

fol. 326.—Orat. XXI, fol. 350.—Orat. XXVI, fol. 404.—Orat. XXXIX, fol. 558.—S. Joann. Chrisost.: *De Sacerdotio*, todos sus libros; pero puede verse el cuarto, núm. 8 y 9, tom. i, fol. 413.—Exposit. in Psalm. XLIX, tom. v, fol. 233.—In Matth., hom. LXXII, tom. vii, fol. 701.—In Epist. ad Ephes., hom. VI, n. 3, tom. xi, fol. 42.—In Epist. ad Philip., hom. XII, n. 3, tom. xi, fol. 293.—In Epist. I ad Timoth., hom. XV, n. 2, tom. xi, 636.—Sancti Hieronym., Epist. XXXIV ad Nepot., tom. iv, part. II, fol. 261.—Epist. LXXXII, ad Oceanum, tom. iv, part. II, fol. 652.—Epist. XCVI, tom. iv, part. II; fol. 780.—Epist. L ad Paulin., tom. iv, part. II, fol. 569.—S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. iv. cap. xx et xxvii, xxviii et xxx, tom. iii, fol. 103, 118, 119 et 120.—S. Greg. Mag. *Regis Past.*, part. I, cap. ii, tom. ii, fol. 3.—Cap. iii, fol. 15.—In Ezech., lib. i, hom. IX. nums. 4 et 26, tom. i, folia 1250 et 1260.—Epist., lib. i, Indic. IX, Epist. XXV, tom. ii, fol. 508.—S. Isidor., Sent., lib. ii, cap. xxix, n. 8, tom. ii, fol. 64.—Lib. iii, cap. viii, tom. ii, fol. 99.—Lib. iii, cap. xxxv, xxxvi et xxxvii, fol. 119.—*De Ecclesiastico offic.*, lib. ii, cap. v, tom. ii, fol. 458.—San Bernardo: in Cant., serm. XVIII, tom. ii, fol. 1320.

San Agustin y San Ambrosio.

Es interesantísima la carta en que San Agustin suplicaba al venerable Valerio le concediese el tiempo necesario para disponerse para el ministerio de la predicacion con el estudio y con la oracion; léanla los jóvenes; toda ella les será muy útil, y encontrarán pasajes tan tiernos como los siguientes. Hablando de la grave responsabilidad del ministerio sacerdotal, dice: «Et hinc erant lacrymæ illæ quas me fundere in civitate, ordinationis meæ tempore, nonnulli fratres animadverterunt, et nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad vulnus meum non pertinerent, tamen bono animo consolati sunt.» ¡Con qué instancia é interesante humildad ruega y suplica á Valerio! «Jubes ergo ut peccarem, Pater Valeri? Ubi est charitas tua! Certe diliges me? certe diligis ipsam Ecclesiam cui me sic ministrare voluisti? Et tamen certus sum quod et me et ipsam diligis. Sed putas me idoneum, cum ego melius me noverim, qui tamen nec ipse me nossem, nisi experiendo didicissem. Sed dicit fortasse Sanctitas tua; vellem scire

quid desit instructioni tuæ. Tam multa autem sunt, aut facilius possim enumerare quæ habeam, quam quæ habere desidero.» Despues de exponer los cargos terribles que el Señor le haria en el dia del juicio, añade: «Dic mihi quid respondeam, rogo te? An forte vis dicam: Senex Valerius dum me omnibus rebus instructum esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tanto minus ista discere permisit? Attende omnia ista, senex Valeri, obsecro te per bonitatem et severitatem Christi, per misericordiam et iudicium ejus, per eum qui tantam tibi inspiravit erga nos charitatem, ut ne te, nec pro lucro animæ nostræ, audeamus offendere.» (Epist. XXI, tom. ii, fol. 88.)

Quod ne ipsum quidem mihi accidit. Ego enim raptus de tribunalibus atque administrationis infulis ad sacerdotium, docere vos cœpi, quod ipse non didici. Itaque factum est ut prius docere inciperem, quam discere. Discendum igitur mihi simul et docendum est: quoniam non vacavi ante discere. (S. Ambr.: *De officiis*, lib. i, cap. i, tom. iv, fol. 1.)

Consejo á los jóvenes.

Tertium ad eos spectat qui iuvenili ætate confidunt, atque quodvis tempus ad docendum, aut ad antistitis munus obeundum, idoneum esse arbitrantur. Jesus purgatur: et tu purgationem contemnis? A Joanne: et tu adversus præconem tuum insurgis? Trigesimum annum agens; et tu ante lanuginem senes doces, aut docere te posse credis, nec ab ætate, nec à moribus fortasse, auctoritatem habens? (S. Nazianc., Orat. XXXIX, tom. i, fol. 561.) Expone la misma idea en la Oracion XXVI, tom. i, fol. 386.

At contra monendi sunt quos à prædicationis officio, vel imperfectio, vel ætas prohibet, et tamen præcipitatio impellit: ne dum tanti sibi onus officii præcipitacione arrogat, viam sibi subsequenti meliorationis abscondat: et cum arripiunt intempestive quod non valent, perdant etiam quod implere quandoque tempestive potuissent: atque scientiam quia incongrue conantur ostendere, iuste ostendantur amisisse. Admonendi sunt ut considerent, quod pulli avium si ante pennarum perfectionem volare appetant, unde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur. (S. Greg. Mag.: *Reg. Past.*, pars III, cap. xxv, tom. ii, fol. 76.)

Cur non illa tempora, quibus ab Ecclesia vacas, lectioni impendas? Cur non Christum revisas, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus cum divina legimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? Una est domus; quæ omnes capit: illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi, non obsequium hominibus deferendum recepimus. (S. Ambrosius: *De officiis*, lib. I, cap. xx, tom. iv, fol. 15.) San Isidoro copia casi literalmente estas palabras en el lib. III de las Sent., cap. VIII, n. 2, tom. II, fol. 99.

LECCION VI.

Estudio de la Sagrada Escritura.

Verumtamen haud abs re fuerit veterem insuper traditionem, doctrinamque ac fidem Catholice Ecclesie investigare, quam scilicet Dominus tradidit, Apostoli predicavere, et Patres servavere. (S. Athanasius, *Epist. I ad Serapionem*, n. 28, tom. I, part. II, fol. 676.) Esta enérgica y profunda sentencia «Jesucristo, los Apóstoles y los Pares.» la repite el Santo Doctor en otras ocasiones.

Tanta est enim christianarum profunditas litterarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere; non quod ad ea quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perveniatur difficultate; sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non vivitur, tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opacata intelligenda proficientibus restant, tantaque non solum in verbis quibus ista dicta sunt, veram etiam in rebus quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientie, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: *Cum consummaverit homo, tunc incipit.* (*Eccli.*, xviii, 6.) (S. Augustinus, *Epist. CXXXVII*, tom. II, fol. 516.)

Quia nimirum necesse est, ut qui ad officium prædicationis excubant, à sacra lectionis studio non recedant. (S. Gregorius Magnus: *Reg. Past.*, II part., cap. XI, tom. II, fol. 34.)

Estudio de la Escritura en general, y de algunos libros sagrados en particular.

Hoc enim est, hoc plane, quod magnam negligentiam nobis ac torporem ingenerat, quod non omnes Scripturas legamus, sed ea quæ censem dilucidiora seligamus, cæterorum nullam rationem habeamus. (S. Joann. Chrysostomus. in illud «salutate Priscillam» etc., serm. I, n. 1, tom. III, fol. 172.)

Recomendando la leccion de la Sagrada Escritura reprehende á los que, ménos cuidadosos del estudio que de la ostentacion, procuran tener libros sólo para llenar los estantes con el aparato de volúmenes bien encuadernado, escritos en buenos caracteres y en finas membranas. (S. Joann. Chrysostomus. in Joann., hom. XXXII, n. 3, tomo VIII, fol. 187.)

En las obras de los Santos Padres se encuentran muchas homilias sobre vários salmos: San Agustin nos ha dejado sermones sobre todos y cada uno de ellos. Demás de esto, San Atanasio, San Basilio, San Juan Crisóstomo, San Ambrosio y San Hilario han escrito discursos instructivos y elocuentes sobre el Salterio en general; todas estas composiciones son de grande utilidad para los predicadores; pero la de San Atanasio merece particular atencion. El Santo Doctor nota todas las situaciones en que puede encontrarse el hombre respecto á sí mismo ó con relacion á sus semejantes; con profundo conocimiento del corazon humano, menciona las necesidades del hombre, sus gozos y sus penas, sus alegrías y sus tristezas, sus triunfos y sus derrotas; enumera las virtudes y los vicios, y extiende tambien su vista al estado de la sociedad, enumerando todas sus alternativas, y al mismo tiempo indica los salmos á propósito para instruir ó consolar al hombre y á la humanidad en todas y cada una de sus vicisitudes. El orador evangélico hallará en este importantísimo trabajo, como en pequeño cuadro, un índice claro de los salmos que pueden convenirle para sus discursos, tanto dogmáticos como morales.

S. Athanasius, ad Marcellin. in interpret. Psal. tom. I, part. II, fol. 982.-1000.—S. Basil., hom. in Psalm. I, tomo I, fol. 90.—S. Joann. Chrysostomus, in Psalm. XLI, tomo V, fol. 131.—In *Epist. ad Rom.*, homil. XXVIII, to-

mo ix, fol. 726.—S. Amb. in Psalm. I, tom. II, fol. 646.—S. Hilar., in lib. Psalm., prologus., fol. 1.

Paulinæ enim epistolæ metalla sunt spiritus et fontes: metalla quidem, quia quovis auro pretiosiores nobis præbent divitias: fontes vero, quia nunquam deficiunt, sed quantumlibet exhaurias, tantumdem ac multo amplius rursus affluit: et hoc evidenter declarare potest totum tempus quod præterit. Siquidem ex quo Paulus vixit, quingenti, jam elapsi sunt anni (1) totoque hoc tempore multi tum commentatores, tum doctores ac interpretes multa sæpe inde exhaurerunt, nec tamen repositas inibi divitias evacuare valuerunt. Non est enim sensibilis hic thesaurus, et idcirco non consumitur à multis effodientium manibus, sed augetur et multiplicatur. Et quid dico de illis qui ante nos fuerunt? Quam multi post nos dicturi sunt, ac rursus post illos alii, nec tamen deficient fontis in modum scatentes divitiæ, neque metallorum hoc genus exhaurietur? Spiritualia enim sunt, et suapte natura nunquam omnino absumi possunt. (S. Joann., Chrysost.: *De verbis Apostoli*, «Habentes eundem spiritum.» etc., hom. III, n. 1, tom. III, fol. 279.)

Neque enim nos quæ scimus, si qua tamen scimus, ex ingenii acrimonia novimus; sed quod ejus (S. Pauli) scripta assidue tractemus, illumque affectu maximo complectamur. (S. Joann. Chrysost., præm. in Epist. ad Rom., n. 1, tom. IX, fol. 425.)

Hablando San Agustín de las cartas de San Pablo á Timoteo y á Tito, dice: «Quas tres apostolicas epístolas ante oculos habere debet, cui est in ecclesia Doctoris persona imposita.» (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. IV, cap. XVI, tom. III, fol. 103.)

Elocuencia de los libros sagrados.

Hic aliquis forsitan quærit, utrum auctores nostri, quorum scripta divinitus inspirata canonem nobis saluberrima auctoritate fecerunt, sapientes tantummodo, an eloquentes etiam nuncupandi sint. Quæ quidem quæstio apud meipsum, et apud eos qui mecum quod dico sentiunt, facillime solvitur. Nam ubi eos intelligo, non solum nihil eis sapientius, verum etiam nihil eloquentius

(1) No es este el único caso en que se observa la negligencia de San Juan Crisóstomo en sus juicios cronológicos.

mihi videri potest. Et audeo dicere, omnes qui recte intelligunt quod illi loquuntur, simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut est enim quædam eloquentia quæ magis ætatem juvenilem decet, est quæ senilem; nec jam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentis: ita est quædam, quæ viros summa auctoritate dignissimos planeque divinos decet. Hac illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: ipsis enim congruit, alios autem quanto videtur humilior tanto altius non ventositate, sed soliditate transcendit. Ubi vero non eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquentia, sed eam tamen non dubito esse talem, qualis est ubi intelligo. Ipsa quoque obscuritas divinatorum salubriumque dictorum tali eloquentiæ miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus, non solum inventionem, verum etiam exercitationem deberet.

Possem quidem, si vacaret, omnes virtutes et ornamenta eloquentiæ, de quibus inflantur isti, qui linguam suam nostrorum auctorum linguæ non magnitudine, sed tumore præponunt, ostendere in istorum litteris sacris, quos nobis erudiendis, et ab hoc sæculo pravo in beatum sæculum transferendis, providentia divina providit. Sed non ipsa me plus quam dici potest in illa eloquentia delectant, quæ sunt his viris cum oratoribus gentilium poetisve communia: illud magis admiror et stupeo, quod ista nostra eloquentia ita usi sunt per alteram quamdam eloquentiam suam, ut nec deesset eis, nec emineret in eis: quia eam nec improbari ab illis, nec ostentari oportebat; quorum alterum fieret, si vitaretur; alterum putari posset, si facile agnosceretur. Et in quibus forte locis agnoscitur à doctis, tales res dicuntur, ut verba quibus dicuntur, non à dicente adhibita, sed ipsis rebus velut sponte subjuncta videantur: quasi sapientiam de domo sua, id est, pectore sapientis procedere intelligas; et tamquam inseparabilem famulam etiam non vocatam sequi eloquentiam. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. IV, cap. V, tom. III, fol. 92.)

El Santo Doctor se ocupa á menudo en este mismo libro de la elocuencia de los escritores sagrados. Sobre la misma materia puede verse San Ambrosio, Epíst. VII, tomo V, fol. 496, ed. de Ven., y nuestro San Isidoro, libro III de las Sentencias, cap. XIII, tom. II, fol. 104.

San Cipriano escribió dos preciosos tratados, que muestran el gran estudio que el Santo Doctor había he-

cho de la Sagrada Escritura, y son utilísimos para los predicadores, porque allí están compilados numerosos pasajes de los Libros Santos, sábiamente coordinados, sobre la doctrina de la fé y de la moral cristiana.—*Testimoniorum*, lib. III, fol. 627.—*Epist. ad Fortunatum, De exhort. mart.*, fol. 607.

San Jerónimo recomienda el estudio de la Sagrada Escritura con todo el interés que exige la materia, en su *Epist. XXXIV á Nepociano*, tom. IV, part. II, fol. 257.

Juicio crítico que hace San Jerónimo de una composición de San Paulino.—Recomendación del estudio de la Sagrada Escritura.

Librum tuum, quem pro Theodosio principe prudenter ornateque compositum transmisisti, libenter legi; et præcipue mihi in eo subdivisio placuit. Quumque in primis partibus vincas alios, in penultimis teipsum superas. Sed et ipsum genus eloquii pressum est et nitidum: et quum Tulliana luceat puritate, crebrius est in sententiis. Jacet enim (ut ait quidam) oratio, in qua tantum verba laudantur. Præterea magna est rerum consequentia, et alterum pendet ex altero. Quidquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est. Felix Theodosius, qui à tali Christi oratore defenditur. Illustrasti purpuras ejus, et utilitatem legum futuris sæculis consecrasti. Macte virtute, qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O si mihi liceret istiusmodi ingenium non per Aonios montes et Heliconis vertices, ut Poëte canunt, sed per Sion et Itabyrium, et Sina et excelsa ducere! Si contingeret docere quæ didici, et quasi per manus mysteria tradere Prophetarum, nasceretur nobis aliquid quod docta Græcia non haberet. Audi ergo mi conserve, amice, germane, ausculta paulisper quo in Scripturis Sanctis calle gradiaris. Totum quod legimus in divinis Libris, nitet quidem, et fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum, frangat nucem. *Revela*, inquit David, *oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*. Si tantus Propheta tenebras ignorantiae confitetur, quæ nos putas parvulos, et pene lactentes inscitiae nocte circumdari? Hoc autem velamen, non solum in facie Moysi, sed et in Evangelistis et in Apostolis positum est. Turbis Salvator in parabolis loquebatur, et contestans mysticum esse

quod dicebatur, aiebat: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Nisi aperta fuerint universa quæ scripta sunt ab eo, qui habet clavem David, qui aperit, et nemo claudit, claudit et nemo aperit, nullo alio reserante pandentur. Si haberes hoc fundamentum, imo si quasi extrema manus operi tuo induceretur, nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihilque latinius tuis haberemus voluminibus... Magnum habes ingenium, et infinitam sermonis suscepibilem: et facile loqueris et pure, facilitasque ipsa et puritas mixta prudentiæ est. Capite quippe sano, omnes sensus vigent. Huic prudentiæ, et eloquentiæ si accederet vel studium, vel intelligentia Scripturarum, viderem te brevi arcem tenere nostrorum: et ascendentem cum Joab tectum Sion, canere in domatibus quod in cubilibus cognovisses. Accingere, quæso, te accingere. Nihil sine magno labore vita dedit mortalibus. Nobis em te Ecclesia habeat, ut prius senatus habuit. Præpara tibi divitias, quas quotidie eroges: et numquam deficient, dum viget ætas: dum adhuc canis spargitur caput; antequam subeant morbi, tristisque senectus. Et labor, et duræ rapiat inclementia mortis. Nihil in te mediocre contentus sum: totum summum, totum perfectum desidero (S. Hieronym., *Epist. XLIX ad Paulinum*, tom. IV, part. sec., fol. 566.)

Otra carta escribió San Jerónimo al mismo Paulino recomendándole el estudio de la Sagrada Escritura, donde hace una ligera reseña de cada uno de los sagrados libros. (*Epist. L ad Paulinum*, tom. IV, part. II, fol. 568.)

Merced á estos consejos, San Paulino hizo grandes progresos en el conocimiento de la Sagrada Escritura; tres años despues, le decia San Jerónimo: «Docto viro loquor, et tam divinis Scripturis, quam sæculi litteris erudito.» (*Epist. LI, fol. 575.*)

LECCION VII.

Santos Padres.

Quod si non poteris assiduitate lectionis invenire quod dicitur, accede ad sapientiozem, vade ad doctorem. (S. Joann. Chrysost.: de Lázaro, Conc. III, tom. I, folio 737.)

De Scripturis Sanctis habeto fixum versuum numerum; istud pensum Domino tuo redde. Nec ante quieti